



## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

6. Augustinianum habitum induit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

S.NICOLAI TOLENT.

ciavit. In Collegium Canonicorum  
S. Salvatoris cooptatus, & opulento  
fatis sacerdotio initatus, ad ma-  
gnas opes & honores gradum sibi  
struere poterat, nisi jam didicisset  
in Christi scholâ omnia terræ de-  
spicere, & unum cælum ambire.  
Itaque è mundo egredi omnino  
statuit, & monasterii se septis in-  
cludere.

Pèmoverunt eum maximè illa  
D. Joannis Apostoli verba : *Nolite  
diligere mundum, neque ea quæ in mun-  
do sunt;* quibus divini verbi præco  
non indisertus, cœnobii quod in  
castro S. Angeli Eremitæ Augusti-  
niani habebant, Præfectus, omnes  
ad mundi contemptum facundo  
cumprimis ore adhortabatur. N i-  
COLAVS enim, quasi sibi id uni di-  
ceretur, statim à concione adit Ec-  
clesiasten, & in sacram ejus fami-  
liam adscribi verbis infimis rogat.  
Et quia non tantùm non remoram,  
quam alii hodie solent, parentes  
posuere, ut etiam filio sibi que plau-  
derent, nigrum sumens cucullum  
pro pileo, inter discipulos Magni

6.  
Augusti-  
nianum  
habitu  
induit.

A 3

A v-

## 6 V I T A

AVGVSTINI adlectus est. Ibi, quām mundum mundique omnia odif-  
set, facile probavit.

7.  
Ejus mira  
abstinen-  
tia.

Inter primas curas habuit rebel-  
lem spiritui carnem subigere, &  
luctantem quibusdam veluti lupa-  
tis vitæ austeritate validè frenare.  
Tribus diebus, quos jejunio pue-  
sacraverat, etiam illum adjunxit  
quem VIRGINI-MATRI dicamus,  
quibus sitim undâ, solo modici pa-  
nis crustulo famem irritabat po-  
tiūs, quām extinguebat. Aliis, her-  
bas oleraq; adhibuit, sed incondit  
omnia, & ut erant à matre nata, in  
aquâ virgine cocta. A vino & car-  
ne abstinuit, veluti à duabus casti-  
moniæ virginalis capitalibus pesti-  
bus: nisi quodd illo aquam aliquan-  
do temperaret. Pisces non gustavi-  
unquam. Ovis, lacticiniis, oleo,  
nunquā quoad vixit, usus est. Por-  
rò tam duriter corpus habitum ab-  
jecit ad quietem longè durius. Cu-  
bile, ut plurimum terra, cervical  
non nisi rude saxum erat: cui invi-  
gilasse potius quām indormisse  
tam multis jejunii exhaustum cor-  
puscu-